UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argume[n]tum epistole. xvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Aut paulum abſtulerat: patinas coenabat omaſi
Vilis ⁊anguini: tribus vrſis quod ſatis eſſet
Scilicet vt ventres lamna candente nepotum
Diceret vrendos correptus: beſtius idem
Quicquid erat nactus prede maioris: vbi omne
Verterat in fumum ⁊ cinerem non hercule miror
Aiebat. ſi qui comedunt bona: cum ſit obeſo
Nil melius turdo nil vulua pulchrius ampla
Nimirum hic ego ſum: nam tuta ⁊ paruula laudo
Cum res deficiunt, ſatis inter vilia fortis
Verum vbi quid melius contingit: vnctius: idem ⁊
Vos ſapere: ⁊ ſolos animo bene viuere: quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis

Argumētum epiſtole. xvij.

Mirifice reprehendit ſtulticiā ⁊ vanitatē Quintij qui cum ſit vicijs infectus tamen adulatorib⁹ aures prebeat. ⁊ talis eſſe credat qualis ab illis dicitur Concludit ergo non eſſe credendum que de nobis populus dicat. neqȝ letandum falſis laudibus neqȝ dolendum falſa infamia. Vtitur tamen a principio veluti inſinuatione quadam. deſcribit eīn agrum ſuum vt mētem hominis demulcendo patientem ad audiendum preparet

Ad Quintium

Ne percuncteris fundus meus optime Quinti
Aruo paſcat herum an baccis opulenter oliue
Pomiſne ⁊ pratis. an amicta vitibus vlmo
Scribentur tibi forma loquaciter ⁊ ſitus agri
Continui montes niſi diſſocientur opaca
Valle: ſed vt veniens dextrum latus aſpiciat ſol
Leuum deſcendens curru fugiente vaporet
Temperiem laudes. q̄ſi rubicunda benigne